



V, 82.

2.417a



CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON. NVLLO. IVRE  
HERMVNDVRORVM  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT. XXXIII

VT  
AD

SERENISSIMI, PRINCIPIS, AC, DOMINI  
DOMINI  
FRIDERICI. CHRISTIANI

MARGGRAFII, BRANDENBVRGI, PRVSSIAE, DVCIS  
RELIQVA

NVTRITORIS, SVI, INDVLGENTISSIMI  
NATALEM

D. XVII. IVLII. A. R. S. CIOCCCLXVII

CVM

CVRIANO

DEBITA. PIETATE. AGENDVM

QVIBVS. VIDETVR

QVO. DECET. ANIMO

CONVOCET

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CVRIAE. REGNITIANAE

LITERIS, IOANNIS, ANDRAEAE. HETSCHELII



## N. II.

## QVODNAM ILLVD FLVMEN FECVNDVM?

Standum igitur Cornelii verbis, non *fontem* 1.) sed *flumen* 2.) fuisse *gignendo sale secundum* atque *annem*, in quo *sal* proveniat, de quo *Cattos inter HERMVNDVROS*que magno proelio certatum. Vindicabo igitur *flumini annique* verum sui intellectum, idemque fuisse *gignendo sale secundum*, atque in quo *sal* proveniat. Quo factò, si eius modi *flumen* utrique genti *conterminum* 3.) monstraverim; nihil erit amplius, quod Tacitum in ius voces. Ac tum res satis erit perorata. 4.)

## Pensum I.

## AN FLVMEN?

## Index dictorum.

- |                                     |  |
|-------------------------------------|--|
| §. I. Hac tenus dubium.             | §. VIII. Immo <i>annis</i> ?                 |
| §. II. Quia haud nominatim.         | §. X. Quid <i>is</i> ?                       |
| §. III. Num obscure?                | §. XI. Quis sensus Cornelianorum?            |
| §. IIII. Interpretum culpa.         | §. XII. An erronea?                          |
| §. V. <i>Fluminis</i> incuriosorum. | §. XIII. An per translationem interpretanda? |
| §. VI. Quod quid?                   | §. XIII. An <i>flumen</i> arte factum?       |
| §. VII. Num <i>aqua</i> ?           |  |
| §. VIII. Num <i>fons</i> ?          |  |

## S. I.

- |   |   |
|---|---|
| 1.) Ad quem traxerunt Cornelium, qui de eo numquam cogitavit, superiori N. producti.                            | 3.) Quale vult toties adpellatus Tacitus.   |
| 2.) Quod verbum in saepius nominati Cornelii Annal. Lib. XIII. Cap. LVII. n. 1. adhuc a nemine fuit loco motum. | 4.) Quae Iungio de Iure Salinarum Cap. III. §. III. p. 94. non dum perorata censetur. |

§. I. Quoniam hac tenus coniecturis solum iisdemque meris ac incertissimis in hoc negotio versatum fuit; cum istis salinis, de quibus *inter HERMVNDVROS Cattoque magno proelio certatum fuit*, 1.) sibi negotium deferri recusat doctus haud in vltima cauea spectans, 2.) nec liquido definire ausi sunt alii 3.) eandem.

§. II. Superfedissemus omnes tot verbis, 1.) si illius proelii testis 2.) nomine suo adpellasset 3.) *flumen gignendo sale fecundum*. Illud autem de Sala Thuringico voluisse eorum auctorem accipi, inque eo errasse, quis sibi persuaserit? 4.)

§. III. Num vero ista Corneliana adeo obscura, 1.) vt nihil lucis habeant, nec certum quidpiam elicere ex iisdem liceat?

§. IIII. Modo ne id interpretum culpa factum, cui numquam succubissent, si testantis vestigia presissent, quibus nihil clarius.

§. V. Quis eorum enim vel vllus rationem habuit, quod Tacito 1.) fuit *gignendo sale fecundum fluminis*?

§. VI. *Flumen* autem ortum trahit a *fluo*, 1.) vt *numen* a *nuo*, 2.) siue *mauis* 3.) *fluimen*. Curatius tamen 4.) scribentes videntur

Z z 2 *flumen*

§. I. 1.) Ex Taciti Annal. Lib. XIII. Cap. LVII. n. 1. indicio.

2.) Schoetgenius de Hermunduris §. VI. in Spicileg. Diplomat. Hist. Saxon. Super. Part. I. N. I. p. 9.

3.) Quorum quosdam nominat Ictus Iungius paullo ante laudatus.

§. II. 1.) Quae pro re nata in compendium mihi priori Numero.

2.) Tacitus, quem toties antestatus sui.

3.) Quod ab ipso non factum esse, no- nit Falkensteinus in Anal. Thuringo- nordgau. Part. VIII. N. I. §. I. p. 88.

4.) Nisi Jaegerus de Propriet. Salis Com- munis Cap. XI. p. 18.

§. III. 1.) Cuius insinulat Tacitum Schminkius in Meditat. de Antiquitat. Sa- lin. Allendorf. §. II. in eius filii Moni- ment. Hasfiac. Part. I. N. II. p. 21.

§. V. 1.) Supra ad §. I. n. I. excitato.

§. VI. 1.) Quo faciunt ipsae leges leg. I. §. 2. et leg. 3. D. de flumin. item leg. I. D. ne quid in flum. publ. fiat, ne cui habeantur gerrae grammaticorum Var- ronis de L. L. Lib. III. Cap. V. Corn. Frontonis v. *Flumen*, Ildori in Orig. Lib. XIII. Cap. XXI.

2.) Quam rationem subpeditatam de-

*flumen* de ea aqua intellexisse, 5.) quae in amne interior pars in medio potissimum alueo.

## §. VII.

Ast est, 1.) qui scribit: *Proprie autem flumen ipsa aqua*. 2.) Concesferim *flumen* sine *aqua* esse non posse. Ergo quaecumque *aqua* est *flumen*? Quae somnia! Et si cui vmquam iste sensus fuit, 3.) numquam tamen Tacito meo, qui non more tironum linguae conquirat synonyma, aut, quicumque calamus in manus venerit, contentus. Nec canit poeta, cui quidlibet audendi potestas. Vir grauis ponderat verba prius, quam profert, et suum cuique tribuit. Iniuriam igitur summam fecerint, qui *σεννῶς* scribentis 4.) *flumen* de quacumque *aqua* interpretantur, vt modo *salinas* illas, de quibus tam *gravi proelio certatum fuit*, 5.) pro lubitu aperiant.

## §. VIII.

Eiusdem viri manes laeferint, qui id *flumen* pro *fonte salis* accipiunt. 1.) *Fons* enim a *fundendo* dicitur. 2.) Qui tum demum, cum prorumpit suamque aquam effundit, *caput fit fluminis*; 3.) non dum tamen ipsum *flumen* est *fons*, quod nemini persua-

prehendas in Gesneri L. L. Thef. v. *Namen* Tom. III. p. 485.

3.) Cum Reizio in Specimine Pseudosynonymorum in Miscell. Obseruat. Critic. Britann. a Belg. continuat, Vol. X. Tom. I. p. 146.

4.) Inter quos haud referas G. A. Struuium, qui in Disp. de Fluminibus Th. I. *fluminis, flumii, rini et torrentis* facit mentionem, neutrum tamen a se in vicem fati distinguit.

5.) Vt sane intellexit Linius Lib. XXXVII. Cap. XXXVIII. n. 4. cuius verba: *Circa ripam annis prius quam flumen ingrederetur.*

§. VII. 1.) Isidorus in Orig. Lib. XIII. Cap. XXI,

2.) Horum causa iuste castigatus a Reizio n. 3. ad priorem §. laudato.

3.) Quo adhibitum fuisse, idem Reizias vult in illo Quidii Metam. Lib. I. vs. 343. *Flumina subsidunt.*

4.) Id est Taciti ex iudicio grauissimi aequae scriptoris Plinii in Epist. Lib. II. Epist. XI. n. 17.

5.) Ex §. I.

§. VIII. 1.) Quorum fax et tuba Melanthon, quod doleo, in Chron. Carionis non multum a principio Libri III. cui suffragatur Hofmannus de Antiqua Francorum Domo et Turri.

2.) Festo in ista voce.

3.) Antefestor Vlpianum l. 1. §. 8. D. de aqua quotidiana et aestiua, si Isidorus in

persuaseris, nisi qui cum Regulo iugulum putaret, vbi genu, aut tibia, aut talus, 4.)

## §. VIII.

Nae videtur Tacitus multo ante prouidisse, quid *flumini* suo impenderet. De eo optimus verborum suorum interpret 1.) paucis interiectis scribit, 2.) *inde indulgentia numinum* illo in amne *illisque siluis* falem prouenire.

## §. X.

Iam quid amnis? Audi. 1.) Amnis *proprie dicitur* a circumnando, quoniam am *ex Graeca praepositione sumtum*, quae est ἀμφί, significat circum et nare fluere. Si adhuc caecutis; en tibi alia: 2.) Amnis *id flumen est*, quod circuit aliquid, nam ab ambitu amnis. Si ista non dum fecerint fatis; reputa te cum altius haec: 3.) *Praeter hos fluit amnis, quam Albulam dicunt vocitatam.* Dicebatur autem *Albula* prisca 4.) ille *Tiberis* cui non notus. Cui vero notus is est, nouerit, *Tiberim* quoque fuisse *flumen*. Immo adtende ad haec: 5.) *Ad sinistram amnis etiam tum et donec effluat Rhenus, ad dextram primo angustus et sui similis, post ripis longe et late recedentibus, iam non amnis sed ingens lacus, vbi campos impleuit, Fleuo dicitur, eiusdemque nominis insulam amplexus fit iterum arctior iterumque fluiuius emittitur.* Amnis omnis fluit, 6.) atque idem amnis 7.) aequae ac Cornelio nostro 8.) audit 9.) *flumen*. 10.)

Z z 3

## §. XI.

Orig. Lib. XIII. Cap. XXI. Ienior auctor, cuius XIII. libro tribuit Gothofredus ad istam legem.

4.) Indice Plinio Lib. I. Epist. XX. n. 14.

§. VIII. 1.) Quem neglexit plane Micyllus in vertendo utroque per *Salzbrunnen*.

2.) Loco §. I. indicato.

§. X. 1.) Festum v. *Amnis*. Eius vero sententiam multis tuetur Cortius de Vsu Orthographiae Lat. Cap. III. §. X.

2.) Ex Varrone de L. L. Lib. III. Cap. V. citato iam ab Oliuario in calce Melae Gronouiani p. 305.

3.) Eiusdem Varronis περι Πλούτου Lib. I.

4.) Maroni in Aen. Lib. VIII. vs. 331. seq. aliisque a Cerda ad eum nominatis.

5.) Melae de Sit. Orb. Lib. III. Cap. II. extr.

6.) Probatisimo cuique veterum curatius scribentium, quod est historici, inter quos primum locum occupat Liuius,

## §. XI.

Quae cum ita sunt, quis amplius dubitet, Tacito sermone esse de *flumine*, quod *sale gignendo fecundum*, et de *anne* 1.) in quo *sal proueniat*, cetera largo parcoue. 2.)

## §. XII.

Sed forte is errauerit? 1.) Quam quam id mihi haud sumferim, cuncta, quae de patria nostra memoriae prodidit, tueri, 2.) id quod ipse mihi haud imposuerit, cum subinde 3.) non diffidetur, se fama accepisse, quae literis mandauit de maioribus nostris, qui Germaniam numquam ex proximo suis oculis lustrauit; 4.) non dum tamen sufficit, auctorem cetera fide dignissimum lapsus alicuius accusare, si eius narrationis causae haud pateant. Quin immo cuiusuis boni viri foret, rem in medio positam neque adfirmare neque refellere, 5.) atque expectare, dum aperiat, quod alii clausum. 6.)

## §. XIII.

Iam quot sunt, qui illa Cornelianam 1.) de vero *flumine* accipiunt? Vix ac ne vix quidem 2.) vnicus, quod scio, qui vernacula

quem consulas Lib. XXXI. Cap. XV. n. 3. Lib. XXXVIII. Cap. VI. n. 8.

7.) Eidem Liiuo Lib. XXXVIII. Cap. III. n. 3. et Lib. XXXVIII. Cap. VIII. n. 5. et 9.

8.) Si memineris §. praecedentis.

9.) In istorum Liuanorum priorum n. 2. 7. et 9. posteriorum n. 7.

10.) Vt existimem, in eo non adeo laborandum fuisse Reizio n. 3. ad §. VI. nominato p. 146. seq.

§. XI. 1.) Pro quo operae in Kirchmaieri Bello Proclioque de Salinis Catos inter et Hermunduros suscepto olim §. VIII. extr. *omnem* posuerunt.

2.) Quod agnouit ipse Heimius in Descriptione Disburgi et Huetsbergae p. 13.

§. XII. 1.) Cuius insinuat a Keysero in Continuat. Itiner. Tom. II. p. 1113. et longe prius a Kirchmaiero isto.

2.) Qualia deprehendisse sibi vixi sunt

Hofmannus de Orig. et Natur. Leg. German. Priuat. Antiq. Period. II. §. I. p. 12. seq. Ravius in Monument. Vet. German. Praef. et de Ara Vb. Lib. I. Cap. I. §. III. p. 12. alii.

3.) Quod agnouit Dithmarus de Fide Taciti in Reb. German. §. VIII. sed magis in eius laudem quam vituperium.

4.) Quod tamen tot priorum Numero Penso II. §. III. n. 9. nominati placuit, quibus ego non accesserim.

5.) Id quod ipse Tacitus de German. Cap. III. n. 5. facere non erubuit.

6.) Sane Io. Hofmanno de Antiq. Francor. Domo et Turri videntur errare Tacito errorem in his de *sale gignendo flumine secundo* adtingentes.

§. XIII. 1.) Iam §. II. prolata.

2.) Schminkius n. 1. ad §. III. nominatus p. 22.



nacula tua per *Salzreichen Flus* quidem tradidit, vt tamen paucis interiectis recurrat 3.) ad vulgi *fontes salis*. Alius 4.) autem scribit, Francohufanarum, quas pro isto *Sale gignendo fecundo flumine* venditat, 5.) „salinarum effluuium nihil aliud esse, quam *flumen* seu *amnis* copiosissimus per hydragogos et canales subterraneos fluens imo ruens, et tandem admiranda cum vehementia erumpens - - vnde facile innotescat, cum vehementissimum huius *fluminis* falsi sit effluuium.” Hinc alius iisdem salinis, dum viueret, adsidentis 6.) nata: „Fontes hi nostri sale gignendo per fecundi rapidi *fluminis* instar magno cum impetu horrifonoque strepitu pleno scaturiunt alueo.” Videtur autem horum auctor suo *instar* 7.) non satis fuisse confisum. Confugit enim 8.) ad aliud, „quod minime praetereundum censeat, in re salinaria *flumen* in vetustioribus chartis seculi duodecimi, decimi tertii et quarti saepissime sumi pro ipso *fonte salis*, vel *scaturigine* falsa.” 9.) Tantum autem immutatum fuisse Latinae linguae genium per duodecim et, quod excurrit, secula ab aevo Corneliano, nemo negauerit, nisi qui haec non contulit inter se. Igitur necesse est, vt Tacito aut aequalibus *flumen* pro *fonte* fuisse frequens probet, qui *flumen sale gignendo fecundum* de *fonte salis* interpretatur. Sed vereor, vt id vnquam praestiterit.

## §. XIII.

Hanc difficultatem superaturus 1.) confugit ad *ductus aquae*, qui sunt 2.) riuus per canales struictiles aut fistulis plumbeis seu tubulis

3.) Nempse p. 23.

4.) Ille Hofmannus paullo ante n. 6. appellatus.

5.) Quam in rem respice ad prioris Numeri Penli II. §. III.

6.) Muldeneri in Cattenburgo suo §. V.

7.) Quod iam nuperrime in Numeri I. Penli II. §. III, in iis vocauit.

8.) §. VII. Cattenburgi sui.

9.) *Flumen* de fonte *salis* adhiberi in documentis istorum seculorum Iungiano libro de Iure Salinarum N. II. p. 74.

N. VII. p. 84. N. VIII. p. 86. N. XIII.

p. 96. et ei subiunctae Dissertationi Saggiarum de Sulcia Luneburg. §. XVII. sub

(b) p. 208. et §. XXVII. sub (a) p. 226.

Muldenero eidem non negauerim, qui

iis, nescio an iure, iungit Engelbrechtium

de Iure Salinarum Sect. III. §. III. extr.

p. 37. vbi verba: „Vnd die 26. Tage werden eine Fluht (flumen) genant...“

§. III. I.) Heimius in Descript. Dissert. de Hutsbergae p. 13.

2.) Quot genera enumerauit Vitruuius de Architectura Lib. VIII. Cap. VII. cum

tubulis ficilibus ligneisue, quibus aqua salsa ex fonte ad salinas, ut ibi sal concreseat, deriuatur. Sed eidem incumbit, quod alteri, 3.) Quae causa cuncta verba ponderanti, ut *flumen* improprie adhiberet, qui a suo dicendi magistro 4.) edoctus erat, inornatum esse, quod improprium?

Flumen autem gratiae diuinae largissimum perfundat PATREM patriae CLEMENTISSIMUM iam, quod felix faustumque sit, sexagenarium, quod Deum rogatum prodibunt:

IOANNES ADAM GAK nostras vernacula *aestatem*, qua haec natalicia augusta obeunda, *ut imaginem principis aetate pro- uecti sed adhuc vegeta* cantaturus.

GEORGIUS ERNESTVS ABRAHAM KEYSER Curienſis Romana inquit iſta Corneliana in German. Cap. XXXVI. n. 2. *vbi manu agitur, modestia ac probitas nomina superioris sunt.*

FRIDERICVS TRAVGOTT WETTENGEL Aſchenſis Graeca Muſis vindicabit, *iis neminem melius noſe ſui Tutelam colere.*

IOANNES CHRISTOPHORVS BRANDENBURG Wunſidelienſis laudabit principes, qui, *ut superiores agant, non per vim adſequuntur*, Latii lingua, cuius puritatem adſequendi cauſa ſibi dici viſum eſt,

Saepe ſtilum veritas, iterum quae digna legi ſint Scripturus.

Scribendo autem plura, quam proponebantur, eaque diligentia ſingulari, monſtrauit, quantum interſit, iners adſideat magiſtro, an audita curatius excipiat, ſuoque Marte impiger pergat. Non eſt igitur, quod poeniteat eius Patrem Nob. Georgium Fridericum Brandenburgium Mercatorem haud incelebrem fidei noſtrae eum tradidiſſe, qua plane paterna, ut merebatur, fere tres annos in primo atque ſecundo athenaei huius ordine gauiſum fuiſſe, ipſe teſtabitur, poſt quam ab oculis noſtris receſſerit.

Quem bona pace legibus noſtris ſoluturus Rector inueſtigabit Teuto tempus, quo Imperatores Romanorum nationis Teutonicae in patriis documentis ſcribi Kaiſer inualuit.

Palladio de Re Ruſſica Lib. VIII. Cap. XI. obſeruante Philandro ad priorem.

3.) In ſo praecedente.

4.) Quintiliano Inſtit. Orator. Lib. VIII. Cap. III. p. 683. Burmanniano.

Yb 4473

1078

ULB Halle

3

006 302 904



20







CVRIAM  
REGNITIANAM  
NON, NVLLO, IVRE  
**HERMVNDVRORVM**  
COGNOMINANDAM  
DISSERIT, XXXIII

VT  
AD  
SERENISSIMI, PRINCIPIS, AC, DOMINI  
DOMINI  
**FRIDERICI. CHRISTIANI**  
MARGGRAFII, BRANDENBVRGI, PRVSSIAE, DVCIS  
RELIQVA  
NVTRITORIS, SVI, INDVLGENTISSIMI  
**NATALEM**

D. XVII. IVLII. A. R. S. C1818CLXVII  
CVM

CVRIANO  
DEBITA, PIETATE, AGENDVM

QVIBVS. VIDETVR  
QVO. DECET. ANIMO  
CONVOCET

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CVRIAE. REGNITIANAE  
LITERIS, IOANNIS, ANDRAEAE. HETSCHELII

